Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut ꝛ devocionem vñe, pficiat ꝛ salutem. Qui tecum. Cō
Ecce ego concipiet ꝛ pariet filium ꝛ vocabitur nomen eius Emanuel
Suscipiens mysterium tue dñe quesumus ut qui cōpl
frequentatione mysterii celebrat vñe salutis effectum
Deum medium silencium divina prima per nocem dñi
Dum tenerent omnia ꝛ nox in suo cursu medium iter fecisset
omnipotens sermo tuus domine de celis a regalibus sedibus
venit ps Dominus regnavit decorem induit. Induit dominus fortitudinem ꝛ precinxit se virtute. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui. Orō
Omnipotens sempiterne deus dirige actus nostros ut in beneplacito tuo ut in nomine dilecti filii tui meremur bonis operibus habundare. Per eundem Secunda de nativitate
Tercia de sancto stephano. Quarta de sancto
Johanne. Quinta de innocentibus. Ad Galatas
Fratres. Quanto tempore heres parvulus
est nichil differt a seruo cum sit dominus
omnium sed sub tutoribus ꝛ actoribus est usque ad
prefinitum tempus a patre. Ita ꝛ nos cum essemus
parvuli sub elementis huius mundi eramus
seruientes. At ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum ex
muliere factum sub lege ut eos qui sub lege
erant redimeret. ut ad adoptionem filiorum dei re
capiamus. Quia autem estis filii dei misit deus
spiritum filii sui in corda vestra clamantem abba pa
ter. Itaque iam non est seruus sed filius. Quod si
filius et heres per deum. Gē Semelibus forma pre